

*Kirch. tom. 4. var. conf. Germ. conf. 17. n. 18. Hering. c. 7. n. 577. & proinde & ipsos subditis suis Repressalias decernere posse. Quæ de Regibus dicta ad alios quoque liberrimos Principes & Respubl. pertinent.*

#### XL.

Sed quid de Electoribus & reliquis Imp PP. statuendum, nam exteros Principes, præsertim Gallos, Hispanos & Anglos quod attinet, tantùm abest, ut exercitium Repressaliarum, ut ne quidem alia minora Regalia ipsis competant, uti de Anglis in specie me docuit *Illustris & in omni scientiarum genere excultissimus Magnus Angliæ Cancellarius Baro Verulamius de Bacon.*

#### XLI.

De Electoribus autem Imperii, quorum summa post Imper. & Regem Rom. in Imperio dignitas, quiq; respectu totius Collegii pleni sunt majestatis, instarq; Atlantis gratiâ Dei ruinosam Imp. molem ab interitu vindicarunt, *Præfat. A. Bull. & Chronicis propè malis & ipsâ nocentioribus Camarinâ palude, nobilissimum antidotum præbuere & ita Rempub. factam tectam conservare, test. Heig. p. 1. q. 3. n. 2 & 7. vid. Ventur. de Valent. in Parth. litig. l. 2. c. 3. nu. 18. Author des Froschmeußlers p. 4. c. 1. in fin. Fridenreich in Polit. c. 18. Warem. ab Ehrenb. de fæder. c. 2. n. 147. Petr. Albin. in der Weischnischen Landchronick tit. 16. Auth. des Wachfrue auff den Fransosen vnd andern Benachbarten. Uti & reliquis PP. quibus ἐν πλάτῃ etiam Comites & Barones immediate Imperio subjectos includimus, res non adeò videtur expedita.*

#### XLII.

Cum enim juribus Regum utantur, jure autocratico & sic Domini, non ut Vicarii, sed ut perpetui Duces & Principes *Andr. Knich. de subl. & reg. jur. terr. c. 1. n. 375. & de Sax. non prov. jur. verb. Ducum c. 1. & seq. Fulg. c. 1. n. 2. Inq; territorio suo Imperatorem plenissimâ imagine repræsentent & omnia superioritatis ἀξιώματα habeant, adeoque Imperatores dicantur in suis territoriis. Kirch. de Legat. l. 6. c. 3. nu. 3. n. 11. Schrad. p. 2. sect. 10. & p. 10. sect. 1. n. 33. Deci. conf. 516. n. 3. & 4. quem refert & sequitur Dauth. tract.*